

priam crucem levare, nisi in casu, quo interveniat capitulum cathedralis, & tunc cathedralis crux sola præcedit. Ita ex decretis Sac. Congreg. *Ibid.* §. 16.

62 Societates funus comitantes, si procedant cum sacco, tenent locum ante feretrum, & ante clerum tam secularem, quam regularem; si sine sacco, eant post feretrum, uti ex statutis Cleri Romani. *Ibid.* §. 30. & 31.

63 Laici Regulares non debent comparere cum Capellanis conductis in processione funebri, ut multis firmatur, *Ibid.* §. 32. At si invitatus sit conventus Regularis, qui certe constat ex laicis conversis, & sacerdotibus, excludendi non sunt. *Ibid.*

64 Regulares cogi non possunt ut associent pompam funebrem, cum cadaver in eorum ecclesia sepeliendum est, sed possunt ad janua ecclesie sue spectare, ita ex decis. Sac. Congr. *Ibid.* §. 38.

65 Si quis habitator urbis decedat ruri non electa sepultura, cadaver ejus sepultura mandandum est, non in ecclesia rurali, sed in sua parochia, vel in ecclesia, ubi sita est sepultura majorum suorum, ut decisum est *cap. Is qui, de sepulturis* 126. dummodo id possit fieri sine gravi incommodo. Grave autem incommodum declarat Pontifex intercedere, si obitus accidit in loco ultra tria milliaria distante a parochia. Id vero ex paritate rationis statuendum est de illo, qui ruri habitans, in civitate decedat. *Ibidem.*

66 Cum è rure transferendum est cadaver in civitatem, deferendum est in catalecto procedente cruce à clerodelata, & associantibus geminis sacerdotibus, altero ecclesie tumulantis, altero se tenente ex parte Parochii illius loci, ubi mors accidit. *Ibid.* §. 46.

67 In extractione, vel intratione cadaveris in porta urbis gabella minime solvenda est, ut ex DD. *Ibid.* §. 46.

68 Pro transitu processionis funebri ex una parochia in aliam, nulla petenda est licentia à Parocho illius loci per quem transitus fieri debet, ut ex Bulla Leonis X. 22. & decretis Sac. Congr. firmatur. *Ibid.* §. 49.

69 Pro sepultura, & exequiis cadaveris exigi nihil potest, ut ex sacris canonibus firmum est. *Ibid.* §. 58. Verum si consuetudo obdruvit, ut aliquid detur, quamquam circa hoc nulla sit actio judiciaria, attamen recurri potest ad officium Ordinarii, ut ex textu *cap. Ad audientiam 24. de Simonia, cit. Instit. §. 58.* * (Vide sup. vers. Insuper habitus:)

71 Frequens in foro est controversia de exhumatione cadaverum, quæ alibi sepulta sunt, quam ubi sepeliri debebant. At videndum de cujus præjudicio agatur, num propriæ parochiæ, & ecclesie, an ecclesie, in qua est sepulchrum majorum, vel quæ fuit electa pro sepultura, an demum ejus ad quem sepultura spectat?

72 Regula pro exhumatione cadaverum est in priori casu *cap. 5. de Sepult.* tum in secundo casu *cap. 6. cod. tit.* licet regula hæc nonnullas patiatur limitationes, de quibus vide Romaguer. *ad contrit. Syn. Guadin. lib. 3. tit. 9. cap. 3. num. 3. & sequent.* Calvin. *de acquit. l. 1. cap. 93. per tot. Rot. in recent. decis. 429. num. 4. & seq. part. 18. cor. Bichio decis. 439. fer. per tot.* In tertio vero casu regula non est pro exhumatione cadaverum, sed pro compositione cum eo, ad quem sepultura spectat, ut ex mox allegatis optime præ ceteris firmat Romaguer. *ubi supra num. 32. & seq.* & adamussim convenit Frass. *de reg. patron. l. 2. c. 89. n. 35. & sequent.*

75 De cadavere Clerici, qui mortem sibi conscivit, quis cognoscere debeat, num Judex ecclesiasticus, an Judex secularis, an uterque simul? vide contrarias inter se opiniones apud Rousseaud de la Combe in sua *Jurisprudencia canonica verb. Cadaver.*

76 *** Inspecta moderna ecclesie disciplina locum, quo cadavera sepeliuntur, eligere in ecclesia solis patronis aut fundatoribus competet, quibus etiam in choro locus dati consuevit quod inter jura honorifica computabatur. Alias locum sepulture in ecclesia nemosibi propria auctoritate eligere potest; sed is designandus ab iis qui ecclesie præsident. Quia Parochus vita durante, curam spiritualem suorum parochianorum sustinet, æquum est ut & defunctos sive cadavera non deserat; hinc indubitanter est, Ecclesiam parochialem, ejusve cœmeterium esse proprium

locum sepulture parochianorum. Ita in *cap. 3. tit. De Sepulturis.* Proinde uno consensu jus sepeliendi cadavera omnes interpretes jurius parochialibus annumerant. Quantum ad sepulturam parochianam dicuntur, qui intra limites parochiæ ita morantur, ut ipsa sacramenta ibi in ipsa percipere, & Parochi ipsis administrare teneantur. Quod si defunctus habeat sepulchrum majorum, in eo potius, quam in parochia ejus cadaver sepeliendum esse declarat *cap. 1. & 3. tit. De Sepult.* In cadaverum inhumatione, sepultura majorum uti & parochiali, de jure & consuetudine præfertur sepultura à defuncto electa; *cap. 1. De Sepult.* Quod intelligendum est, si talis electio facta fuerit in loco religioso juxta Rituale Romanum. Oblationes, quæ fieri consueverunt in cadaverum funeratione, ex pluribus synodorum decretis, licitum esse recipere Parochiis, aliisque, quibus de jure vel consuetudine aliove legitimo titulo competunt, indubitatum est. Ob non solutionem Jurium funeralium sepultura cadaverum non est differenda: quam dilatationem non tantum à sacris canonibus, sed Principum legibus improbatum ostendit Christianus Lupus, *Dist. II. ad Tom. III. scholiorum in Canones cap. 12. Cum* 85 *bus cadavera inhumandi sit plane distinctum à jure celebrandi exequias, & utrumque illud jus spectet de jure communi ad ecclesiam parochialem, certum est, quod uno eorum alteri loco, vigore privilegii, communicato, nequaquam alterum censerit debet indultum in præjudicium ecclesie parochialis; hinc jure inhumationis communicato alicui ecclesie, seu religioso loco, salva nihilominus remanent ecclesie parochiali reliqua jura. Competit igitur Parocho de jure, ut cadaver præsentetur suæ ecclesie; atque eo præsertim missa celebretur; uti notavit Glossographus ad *Clementinam Dudum, de Sepult.* Quæstio incidit, quod genus exequiarum in ecclesia parochiali sit persolvendum cadaveribus, quando in alia ecclesia fuit electa sepultura; & an hæres sive executor qualemque officio in ecclesia parochiali defungatur; & judicium refert D. Van-Espen, hæredem teneri ad exequias sive officium istius generis, quod respondet officio sive funeralibus factis in ipsa cadaveris inhumatione in loco sepulture electæ. Ratio subjicitur, quia per factam eo modo inhumationem censetur determinasse genus funeris. Nec excluditur ecclesia parochialis ab illis oblationibus, quæ sepeliendis cadaveribus in altera ecclesia impenduntur. Factum enim est, ut si aliquid parochianorum alibi contentum eligere sepulturam, ecclesie parochialis *quæntur funerum* impendantur; quæ portio est major vel minor juxta locorum sive provinciarum consuetudinem, Conc. Trid. *Sess. 15. cap. 13. De Ref.**

(Præter ea, quæ in hoc verb. notantur: ut plenior sit omnium in eo contentorum intelligentia, videantur *Addit. hisp. verb. Candela, Capellanus militum, Impedimenta matrimonii, vers. In Hispania regnis: verb. Parochia, vers. Quamvis: verb. Quarta Funeralis, verb. Sepultura, Taxa, verb. Testamentum, vers. Per mandatum: prope fin., & in dicto verb. Sepultura, omnia super hujusmodi materia decreta tit. 13. p. 1. invenies: ubi agitur de Sepulturis, quid sit: unde nomen accepit: quæ observanda pro cadaveribus sepeliendis: quare prope ecclesiam sepeliri debent mortuorum corpora: cui jus sepeliendi competat: unde cœmeterium sit nomen sortitum, & à quo est assignandum: ubi quilibet sit sepeliendus: an possit eligi sepultura; & quæ pars ad parochialem spectet, si alibi sepeliatur: qui in loco sacro, seu benedicto humari non valens: quæ persona intra ecclesiam debent sepeliri: juxta eorum statum impense, ex quibus bonis deducenda: ornamenta, quibus humatio fieri debet, designantur: referre non omittitur penas, quæ puniuntur cadavera exhumantes, aut subripientes ornamenta, cum eis inlocus: denique an desineri prætextu debiti cadavera possint; videatur etiam tit. 18. lib. 4. For. Reg. in quo circa ultimate præventa ejus quinque leges disponunt. Reconoce add. noviss. verb. Anima, vers. Ne videatur:)*

CADUCITAS. Vide verb. Emphyteusis *art. 3. d. n. 8. ad 12. †*

CÆCUS.

Quoad recitationem divini officii, vide verb. Officium divinum *art. 5. d. n. 1. ad 8.* quoad obtinendam dispensationem ad effectum non obtinendi beneficium ecclesiasticum, tum missam celebrandi, vide verb. Dispensationes *n. 69. 70.* quoad percipiendas distributiones quotidianas, vide verb. Distributiones *art. 1. n. 15. & 16.*

CELIBATUS.

CELIBATUS Sacris Ministris initio præscriptus fuit tam in Orientali, quam in Occidentali ecclesia; Benedictus XIV. tom. 1. constit. 129. *incip.* Eo quamvis tempore §. 34. Sed deinde ex indulgentia permissa fuit uxorum retentio Græcis Maronitis, aliisque Orientalibus; *ibid.* §. 35.

Calibatus Græcis Subdiaconis, Diaconis, & Presbyteris enixe suadet, quamvis eorum matrimonium cum unica, & virgine non reprobatur; idem constituit. 76. *incip.* Etsi §. 26. ibi: "Etsi expectandum quæ maxime esset, ut Græci, qui sunt in sacris ordinibus constituti, castitatem, non secus ac Latini, servarent, nihilominus ut eorum Clerici, Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri uxores in eorum ministerio retineant, dummodo ante sacros ordines, virgines, non viduas, neque corruptas, duxerint, Romana non prohibet ecclesia. "Eos autem, qui viduam, vel corruptam duxerint, vel ad secunda vota, prima uxore mortua, convolarint, ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum promoveri omnino prohibentur. (Vid. fol. 146. verb. Apostasia, vers. Peto? :*)

Omnes passim Catholici fatentur, legem cælibatus Presbyterorum dumtaxat esse punctum disciplinæ, erroremque fore respuere seu condemnare Presbyteros conjugatos, dum eos ecclesia tolerat & permittit. Ideo ecclesia orientalis olim merito anathemate percussit Eustachium, qui in hoc disciplinæ puncto se opponerat. Quam sententiam suo facto non obscure probat ecclesia Romæ, Presbyteros Græcos conjugatos ad sacrificandum admittens, filiisque suis, ut eorum intersint sacrificiis, non obstitens. ***

CÆREMONIÆ. Vide verb. Baptismus *art. 6. d. numer. 12. verb. Confirmatio art. 3. d. numer. 21. verb. Magister Cæremoniarum. numer. 10.*

CALIX.

SUMMARIUM.

Varia de Calicibus.

- 1 CALICES qua materia olim, & nunc constati, à quibus & quomodo consecrari debeant, vel possint, ad num. 9.
 - 10 Quot modis consecrationem amittant, ad n. 14.
 - 15 Nonnulla solvantur quæstiones huc pertinentes, ad n. 20.
 - 21 Calix, patena &c. à quibus tangi possint, ad n. 26.
 - 27 Calices, aliæque vasa sacra utrum, quando, & qua ratione possint vendi, ad n. 28.
 - 29 Utrum ponendus Calix in manibus Sacerdotis defuncti, ad n. 30.
 - 30 An velo cooperiendus in fine missæ.
 - 31 Novæ additiones ex aliena manu, ad n. 33.
- 1 CALICES licet in primis ecclesie temporibus potuerint esse etiam lignei, & vitrei, ut testantur S. Hieronymus & Epist. 4. Strabo de rebus ecclesie *cap. 25.* & Gratianus in *cap. Vasa 44. de consecrat. dist. 1.* Tamen à multis sæculis obsolevit usus ille, & non debent esse lignei, quia

cum lignum sit porosum, aliquid sanguinis subintraret; nec vitrei, aut ex crystallo propter fragilitatem, nec de lapide propter ineptitudinem, nec de ære, aut aurichalco, aut cupro, quia hæc propter æruginem vomitum provocant; sed tam ipsi calices, quam patenæ debent esse de auro, vel argento, vel stanno, ita ut si non ex auro, saltem ex argento fiant, vel ad minus ob magnam paupertatem ex stanno. Innoc. IV. in constit. 26. *incip.* Sub Catholice. Ibi: *Unusquisque Sacerdos in auro, vel argenteo solum, aut saltem stanno calice sacrificet; cap. Calix 45. de consecr. dist. 1. ibi: "Ut calix Domini cum patena si non ex auro, omnino ex argento fiat. Si quis autem tam pauper est, saltem, ut stanno calicem habeat; de ære, aut aurichalco non fiat calix, quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum provocat. "Nullus autem in ligneo, aut vitreo calice præsumat missam cantare." Calices, & patenæ debent consecrari, ac chrismate perungi, *cap. Cum venisset 1. de sacra unctio* §. Ungitur. Immo contra eum, qui utitur calice ligneo, aut non consecrato, constituta est pena depositionis ab officio, & beneficio; *cap. Literas 14. de celebrat. missar. Bonacina de Sacrament. disp. 4. q. ult. punct. 9. n. 16. Lezana in summa verb. Calix n. 2.**

(Lex 56. tit. 4. p. 1. in nihilo discrepat ab Auctoris doctrina circa materiam, ex qua calices fiebant, & nunc effici debent; lex 16. ejusd. tit. & p. declarat non solum chrismate esse inungendam ecclesiam, sed etiam parietes, altaria, aras, illisque calices linire solere, ad veteris legis exemplum, in qua Moysi à Deo fuit præceptum, oleum conficere, tabernaculum, arcam testamenti, sacrificiorum mensam, vasaque unguendi causa: in nova lege vestigia remanent, nam divus Sylvester, hujus nominis I. Sancti Pontificis Melchias successor, dum altaria consecravit, chrismate eodem ungebatur: ad cuius imitationem sequentes Prælati non tantum altaria, sed res ceteras supra designatas unxerunt.)

Calices, ac patenas consecrare de jure ordinario spectat ad Episcopos, quia est actus ordinis episcopalis. Sylvester in *summa verb. Benedictio num. 2. & 3.* Barbosa de offic. & potest. Episcop. *alleg. 27. num. 35. & alii ibi citati; arg. cap. Abbates 3. de privileg. in 6.* cum enim in tali consecratione adhibeatur Sacra Unctio, vel Oleum Sanctum, ab ipso tantum Episcopo ordinato, & consecrato benedicenda, inungenda, & consecranda sunt de jure ordinario, uti omnia alia, in quibus adhibetur Sacra Unctio; *arg. cap. Cum venisset 1. de Sacra Unctio. Sac. Rit. Congreg. in Imolens. 14. Nov. 1615. in Savonens. 3. Dec. 1616. in Taurinen. Pistor. & Tarvisina 2. Maji 1619. in Novarien. 21. Martii 1620. in Tridentina 7. Augusti. 1521. & in Caputaquen. 29. Julii 1630.* Ex privilegio tamen possunt calices, & patenas benedicere Abbates, aliique Prælati usum Pontificalium habentes, ut expresse declaravit Sac. Congr. in *Paravina 5. Aprilis 1620.* Dummodo id faciant pro solo usu suarum ecclesiarum. ut pluries censuit Sac. Congr. & signanter 27. Sept. 1659. §. 19. in decreto circa usum pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorum coram Sanctissimo D. nostro Alexandro VII. emanato ibi: *Reliqua pontificalia extra loca ipsi Abbatis subiecta, vel pro servitio alienæ ecclesie, aut in subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinarii exercere non valent, puta campanarum benedictiones, calicum, & similitum, in quibus Sacra adhibetur Unctio, nec non Minorum Ordinum collationes.*

(Consonant leg. 13. 14. 15. & 16. tit. 5. p. 1. In eis de personis, quibus facultas consecrandi, & benedicendi competit, petraclatur; ad rem leg. 12. 13. ac 14. tit. 10. ejusd. p. ubi de ecclesiarum, altariumque consecratione agitur; convenit lex 57. tit. 4. dist. p. Assertur in hac, lintea vulgo Corporales ab Episcopo esse benedicenda: atque signatur materia, ex qua debent confici, & quare. *Verborum Benedicere, Benedictio, Benedictio Episcopalis in via, & verb. Consecratio, non obliviscaris. Vid. add. noviss. verb. Ecclesia, art. 4. n. 25.*)

Immo possent ab Episcopis tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis, Abbates, aliique Prælati usum pontificalium habentes, censura Interdicti ab ingressu ecclesie, vel

BIBLIOTECA CENTRAL UANL

suspensionis ab exercitio pontificalium puniri, & coerceri, si calices, patenas, & paramenta sacra pro usu aliarum ecclesiarum, quam suarum benedicerent, cum ei expresserit vetitum a decretis generalibus Sacre Congregationis Rit. emanatis 17. Sept. 1659. & 20. Julii 1660. quoad hoc confirmatis, & approbatis ab Alexandro VII. ut videri possunt, verb. Abbas sub num. 31. in quibus datur Ordinarius facultas inobedientes, & transgressores per censuras compellendi. Privilegium benedicendi calices, & patenas, cum ex jure ecclesiastico proveniat, potest a Summo Pontifice concedi etiam simplicibus Sacerdotibus, ut ex communi notat Barbosa p. 2. de offic. & potest. Episcop. alleg. 27. n. 26. Et de facto Paulus III. anno 1549. concessit Presbyteris Societatis Jesu, ut in locis remotissimis infidelium, ubi Catholici Episcopi nulli sunt, alvata, & calices consecrare possint, ut referunt plures & signanter Suarez tom. 3. disp. 31. sect. 7. vers. 10. Aliud autem, simile privilegium concessum Fratibus Minoribus de Observantia in partibus Indiarum: referunt plures, & signanter Rodrig. l. 1. Regul. quest. 9. art. 4. Calix, & patena duobus potissimum modis consecrationem amittunt, scilicet per fractionem, & per novam inaurationem. Per fractionem amittit consecrationem, quando patena est ita notabiliter fracta, ut hostiam commode capere non possit, & calix etiam ita notabiliter fractus, ut in eo commode Sanguis Christi consecrari non possit. Barbosa loc. cit. n. 37. cum Vasquez, S. Thoma, & aliis ibi citatis. Sic etiam per fractionem amittit calix consecrationem, quando pes fixus in cuppa, & non amovibilis, cum fractione separatur ab ipsa cuppa, quia calix in tali eventu amittit suam figuram, & non est amplius aptus ad usum, ad quem fuerat factus; Suarez disp. 81. sect. 7. vers. Rursus inquit potest, Paludan. in 4. dist. 13. q. 2. art. 4. concludi. 2. & multi alii cum Barbosa loc. cit. n. 40. Si autem pes calicis sit amovibilis, & separatur a cuppa sine fractione, ut accidit in calice tornatili, cujus partes separantur absque fractione; tunc per talem separationem non amittit consecrationem, cum adhuc remaneat aptus ad usum, ad quem fuit factus, & adhuc retinet suam figuram; ideo enim calix fit tornatilis, ut possit facile separari. Sic absolute Sylvius in 3. part. S. Thoma q. 83. art. 3. q. 7. precipis his verbis: "Si tamen esset calix tornatilis ita per artem factum, ut pes a cyatho possit separari, dicendum est, quod per separationem non perderet consecrationem... quia per ejusmodi separationem non diceretur calix frangi, vel scindendi." Suarez loc. cit. Naldus in summa verb. Calix n. 2. Lezana in summa verb. Calix, n. 6. & alii cum Barbosa loc. cit. n. 40. Per novam inaurationem amittunt consecrationem, quando (ratione auri amissi ex longo usu, vel abusu quorundam Sacerdotum, qui, ut ait Gobat. tom. 1. tract. 3. cap. 10. n. 310. & Sportel tom. 3. part. 2. cap. 6. sect. 2. n. 109.) toto nisi manuum scrupulose simul, & ridente calices in officio decerant, vel potius ut ita dicam, auro sponte denuo inaurantur, quoad illam superficiem, quae tangit Corpus, & Sanguinem Christi, tunc enim opus est nova consecratione, ex eo quod consecratio calicis, & patene sit precipue propter contactum Corporis, & Sanguinis; posita autem nova inauratione contactus ille nequit amplius fieri in parte, seu superficie consecrata, cum aurum de novo additum non sit consecratum. Suarez tom. 1. disp. 81. sect. 3. vers. Solec vero. Rosignol. de Eucharist. q. 9. de ritibus art. 2. n. 16. & 17. Angelus verb. Calix n. 2. Barbosa l. cit. n. 38. cum pluribus ibi citatis, qui dicunt talem esse praxim ecclesie; & recipiam consuetudinem calices denuo consecrandi cum denuo inaurantur.

15 Nec valet obijcere, quod sicut calix, & patena non induunt nova consecratione, cum per circumam usum amittunt inaurationem, & tenent communis Doctores, ita non induunt nova consecratione, cum de novo inaurantur. Non valet, inquam, quia in factum Doctores communis tenent calicem argenteum, non obstante amissionem inaurationis, adhuc remanere consecratum, nec indigere nova consecratione, quia non fuit consecratum ipsum solum aurum calicis secundum se, sed fuit consecratum totum calix per modum unius; adeoque nihil tunc

intervenit, quod nondum fuerit consecratum; in casu autem novae inaurationis intervenit aurum de novo additum, quod non est consecratum, & consequenter necessaria est nova consecratio, cum ipsum aurum additum immediate tangat Corpus, & Sanguinem Christi.

16 Nec valet instare, quod major pars trahit ad se minorem, adeoque consecrationem calicis consecrati redundare in aurum de novo additum, tamquam in accessorium, & minus principale, & sic ipsum reddere sacrum absque nova consecratione, arg. Quod in dubiis 3. de consecr. eocl. vel aliar. Non valet, inquam, quia major pars trahens ad se minorem, non censetur ea, quae est major quantitate moles, sed quae est principior, & dignior, & proximè instituta ad continentium, & ragendum Corpus & Sanguinem Christi, quod praecipue fit in parte inaurata, quae licet sit minor respectu materialis quantitatis, est tamen major ratione excellentiae, & muneris quod debet praestare per continentiam, & immediatum contactum ejusdem Sanguinis, & Corporis Christi. Unde instantia militat in oppositum, & contra adversarios; sic Suarez, Vasquez, alique plurimi cum Barbosa loc. cit. n. 38. Rosignol. loc. cit. n. 17. Reiffensuel lib. 1. de sac. rit. 16. n. 35. Non amittitur autem consecratio calicis, & patene per aliquos ictus a Fabro indictos, cum per eos nec notabiliter frangatur, nec mutetur inerne superficies illa, qua continentur, & immediate tangitur Sanguis, & Corpus Christi. Armilla in summa verb. Calix n. 4. Bartholomaeus ab Angelo Dialog. 4. de missa S. 323. Azor. p. 1. lib. 50. c. 28. q. 5. Bonacina de Sacram. disp. 4. q. ultim. punct. 9. n. 18. Barbosa, loc. cit. n. 39.

17 Calicem non consecratum remanere consecratum, si in eo bona fide celebratur, probabiliter defenditur; quae enim major consecratio esse potest, quam contactus Corporis & Sanguinis Christi, in quo residet ipsa substantialis sanctitas? Sic Diana part. 5. tract. 14. resolut. 60. alique multi; sed probabiliter dicendum est, non sufficere consecrationem pro contactum Corporis, & Sanguinis Domini, & ulterius requiri consecrationem ceremoniale, quae fit per ebrismis inunctionem, & benedictionem Episcopi, vel Abbatis; vel aliter ad id privilegium pontificium habentibus; quia ecclesia pro forma consecrationis calicis verba benedictionem cum christum inunctione solum assignavit; si enim profanus calix fit sacer per contactum sanguinis Christi, non valet Diana, cur non etiam barba, & pannus, in quo defluxit Sacer Sanguis? ut dicit Gobat. lib. 1. tract. 3. casu 10. sect. 2. n. 309. Tum quia si celebratio missae bona fide facta in calice non consecrato sufficeret pro calicis consecratione, idem dicendum esset etiam de celebratione missae mala fide facta in simili calice, quod plane falsum est, aliter multa absurda, & inconvenientia possent oriri. Et hanc opinionem tenent Suarez in tertia parte tom. 3. disp. 81. sect. 7. vers. Alia vero forma, Lugo disp. 20. de Eucharistia num. 92. Dicastillo disp. 4. de Eucharist. num. 199. Lezana in summa verb. Calix non. 8. & expressus Fagundez de quinque eccles. praecip. p. 1. lib. 3. c. 21. n. 15. ubi refert, ita fuisse decisum a gravissimis Patribus Societatis Jesu.

18 Calix, patena, & alia ornamenta, quae immediate attingunt Corpus, & Sanguinem Christi, ut sunt corporale, & palla, non possunt tangi a laicis, & multo minus a feminis, prout habetur in cap. Sacram. 25. dist. 13. Tangere enim vasa sacra quando non continent actu Corpus, & Sanguinem Christi, est restrictum Subdiaconi private quoad alios Ministros non consecratos; cap. Non oportet 20. & cap. Non liceat 31. dist. 23. Quando autem continent actu Corpus, & Sanguinem Christi, tangi nequeant, nisi a Sacerdotibus, & Diaconis private etiam quoad ipsos Subdiaconos; cap. Non oportet 26. dist. 26. Facultas tangendi vasa sacra vacua concessa videtur etiam Acolythis in ipso missae ministerio; q. Non licet 32. dist. 23. & cap. Nullus 1. dist. 24. quae tamen non est ex vi ordinationis, cum Acolythis in ipsorum ordinatione hujusmodi vasa tangenda non tradantur, sed solum ex quadam permissione. Haec facultas tangendi vasa sacra vacua fuit postea ex privilegio concessa a variis Summis Pontificibus Laicis, & Clericis nondum in Sacris

CALVARIUS.

constitutis Regularium, ut referunt Casarubius verb. Ornamenta, Confectus Bulla 9. Sixti IV. & Rodericus tom. 1. Bullarii in Oraculis ejusdem Sixti, ubi habetur, quod Eugenius IV. & Paulus V. concessit Cassinensibus, Callixtus III. & Sixtus IV. Minoribus, & Augustinianis, ut Fratres eorum Laici, & Clerici nondum in Sacris titati, deputati officio Sacristae, seu ministerio altaris, essent cum licentia superiorum conrectare calices, & alias sacras, easque lavare cum opus fuerit. Quicumque autem non habent hanc facultatem, nec ex vi suae ordinationis, non ex speciali privilegio, & praeumptionem, & absque rationabili causa, & sine mortali necessitate, tangunt vasa sacra, peccant saltem venialiter; Suarez tom. 3. disp. 81. sect. 8. vers. Tertium exemplum sit. Marchinus tract. 3. de sacrificio. missae part. 3. de requisit. ad missae celebr. cap. 13. num. 8. & seq. Rosiga. de Euchar. q. 9. de ritibus art. 5. n. 26. & alii passim. Et ratio est, quia praesertim tamquam irreverentiam, & praesumptionem, & inanis est concessio privilegiorum facta Regularibus tangendi hujusmodi vasa, si sine labe possent ab aliis omnibus indefinite tangi.

19 Calices, aliaque vasa sacra urgente necessitate possunt vendi, cum hoc tamen, quod si vendantur laicis, debent prius consari, vel saltem frangi, & solum ecclesiasticis personis possunt integra sine fractione vendi.

20 Nec ratione consecrationis eorum potest aliquid plus exigi ab emptoribus, sive laicis, sive ecclesiasticis; aliter erit gravissimum simoniac peccatum, arg. cap. Non satis 8. de Simonia. Cum enim consecratio calicis, aliorumque vasorum, sit quidpiam mere spirituale, non aestimanda est pretio pecuniae, nec in quocumque casu potest ingredi commercium. Ita communis Doctorum. Et pro omnibus sufficit adducere verba S. Thome in 4. dist. 25. q. 3. art. 1. q. 3. ad 1. "Vasa Sacra, inquit S. Doctor, nullo modo & ratione consecrationis vendenda sunt, ut scilicet pro consecratione eorum aliquid plus exigatur: Tamen in necessitate ecclesiae possunt vendi ex parte ejus, in quod in eis non est spirituale, scilicet materia auri, & argenti. Et tunc si venditur ecclesiasticae personae, possunt integra vendi: si autem venduntur aliis non ad usum ecclesiae, debent prius frangi praemissa ratione, ne sancta ab aliis traherent, quam a Ministris ecclesiae." (Quamvis sufficeret ad verb. Alienare, & Alienatio, Lectorem remittere, mente retineatur leg. 1. 2. & 5. lib. 1. 8. tit. 19. lib. 3. 7. tit. 13. lib. 4. For. Reg. 3. tit. 13. toto tit. 14. 14. tit. 22. p. 1. 15. tit. 5. 3. tit. 13. p. 5. 18. tit. 14. p. 7. 1. 2. 3. 10. & 12. tit. 2. lib. 1. Ord. Reg. 5. 6. 7. 9. 10. tit. 2. lib. 1. Recop. Castel. per quas alienationes praedictae prohibentur.)

21 Calix non debet poni in manibus Sacerdotum defunctorum, ut abusive introducuntur est. Bassi de sodalitatibus q. 1. num. 1. Clericis. & alii relati sub verb. Sacerdos num. 69. Vide ibi.

22 Ad dubium utrum calix in fine missae debeat totus velari in parte anteriori, prout ab initio missae? Sac. Rit. Cong. in Pragen. die 1. Martii 1698. respondit: ante versiculum, qui dicitur Communio, cooperiendum velo calicem in anteriori parte, prout ante confessionem.

23 De calicis usu Laicis, Clericis, & Sacerdotibus non sacrificantibus aliquando permissio, vide Benedictum XIV. de sacrificio missae editionis latinae §. 356. & plur. seq.

24 Calices, patenas, atque altaria portatilia cum oleis tamen ab Episcopo benedictis possunt Sede vacante consecrare Vicarii Generales ab Episcopo Vicario Apostolico in Indis constituto ex facultate ipsis tributa a mox laudato Summo Pontifice in literis expeditis die 26. Januarii 1753.

25 Qui teneatur praestare calices, tum alia ornamenta ecclesiae parochiali, deficientibus, vel non sufficientibus redditibus Fabricae, vide apud Rousseaud de La Combe in sua Jurisprudencia canonica verb. Calix. &

*** CALVARIUS unde nomen traxerit, & an ibi Adam sepultus fuerit? Calvarium, seu Golgotha cranium significare, fert communis opinio, indeque exiguo illi monti nomen fuisse inditum, ex quo eo in loco Adamum fuisse sepultum, preceperunt opinio, ut tradit S. Hieronymus in cap. 5. ad Ephesios, quamvis de veritate circa id satis dubitet, ibi: "Haec, inquit, vera sint, nec ne, lectoris arbitrio relinquo. Certe tunc in populo dicta placuerunt, & quodam plausu ac tripudio sunt excepta": idemque S. Doctor de hoc etiam dubitat loquens de hac re in cap. 27. Matth. At verò ipsemet epi. 46. alia 17. Paula & Eustochii ad Marcellam, ab eo scripta vel dictata, eam sententiam sequitur, quam alii in locis non probaverat, ibi: "In hac urbe (Jerusalem), nimò in hoc tunc loco & habitasse dicitur, & mortuus esse Adam. Unde & locus, in quo crucifixus est Dominus noster, Calvaria appellatur, scilicet, quod ibi sit antiqui hominis calvaria condita, ut secundum Adam, nid est, Sanguis Christi de cruce stillans, primi Adam & Jacenti protoplasti peccata dilueret." Et huic opinioni favent Tertullianus, Origenes, Epiphanius, Chrysostomus, & Augustinus, & Baronius ad ann. Christi 34. num. 112. expresse tenet, locum illum ideo Calvarium appellatum, quod Adam ibi sepultus fuerit. Cui opinioni ac traditioni pia etiam innititur illa pictorum praxis, ut ad pedem, id est, inferiorem crucis partem hominis calvariam depingat. Videatur Lambertinus Bened. XIV. de Festis D. N. J. C. num. 271. & Ajala Pictor Christianus Eruditus l. 4. cap. 18. num. 16. ubi ad rem subjungit: ita enim (si tamen ejus sunt) diserte docent illa Tertulliani carmina, quae sic habent

Hic hominum primum suscepimus esse sepulchrum;
Hic patitur Christus, pro Sanguine terra madescit.
Pulvis Adae ut possit veteris cum Sanguine Christi
Commixtus stillantis aquae virtute lavari.

Non desunt tamen qui aliter sentiant, ut referunt a idem Ajala, & Card. Lambertini Benedictus XIV. loc. cit. Calmet in Dictionario verb. Adam & verb. Calvaria; in quo verb. Adam, tradit ipse Calmet, quod in Calvario Sacellum visitur Adamo sacrum. Vide verb. Mundus a num. 13. & num. 55.***

C AMBIUM.

Quid, & quotplex sit Cambium, & an sit licitum.

SUMMARIUM.

- 1 Cambium unde veniat, & quid significet.
- 2 Cambium quid sit.
- 3 Cambium quomodo differat a simplici permutatione, & ab emptione, & venditione.
- 4 Cambium quomodo differat a mutuo.
- 5 Cambium quomodo differat a deposito.
- 6 Quis dicatur campsor, & quis camprarius.
- 7 Cambium est duplex, reale, & siccum.
- 8 Cambium reale quale sit.
- 9 Cambium reale est adhuc duplex, scilicet cambium reale minutum, seu manuale, & cambium reale locale, seu per literas.
- 10 Cambium minutum, seu manuale quale sit.
- 11 Quare dicatur cambium minutum.
- 12 Cambium minutum est licitum cum moderato lucro secundum consuetudinem regionis, pluribus de causis, quae assignantur.
- 13 Cambium locale, seu per literas quale sit.
- 14 Quare dicatur cambium locale, seu per literas.
- 15 Cambium locale, seu per literas est licitum cum mo-

derato lucro, secundum consuetudinem, majorem, vel minorem distantiam locorum, pluribus etiam de causis, quae designantur.

- 16 Cambium sicum quale sit.
17 Quare dicatur cambium sicum.
18 Cambium sicum non est licitum, sed damnatum, quare introduci non licet in cambii negotio, & quibus exercendum a quomodo fieri debet, & quae obligatio, ad n. 34.

Cambium venit a verbo Cambire, quod apud omnes idem significat, ac permutare; unde cambium idem est, ac permutatio; & quantum ad praesens spectat, sumitur pro sola permutatione pecuniae. Et sic communiter definitur, quod Cambium sit pecunia pro pecunia permutata. Dicitur permutatio, quae particula stat loco generis, & per ipsum cambium venit cum quacumque alia permutationis acceptione, quae proprie, & specificè non est cambium. Dicitur pecunia pro pecunia, quae particulae stat loco differentiae. Per ipsas enim cambium differt primo a simplici permutatione, in qua res pro re traditur, & ab emptione, & venditione, in qua pretium pro merce, & merx pro pretio transferitur; non pecunia pro pecunia. Differt secundo a mutuo, tum quia cambium non perficitur nisi facta utriusque traditione pecuniae, quae etiam eodem tempore fieri potest; in mutuo vero traditur pecunia, vel res alio tempore reddenda; tum quia cambium fit tantum in pecuniis, mutuum vero etiam in aliis rebus; tum etiam quia in cambio intervenit aliqua diversitas, vel quoad pecuniam, vel quoad locum; in mutuo vero potest eadem & res eodem loco reddi. Differt tertio a deposito, quia per depositum non transferitur rei dominium in depositarium, per cambium vero transferitur a campario in camporem, & è converso a campore in camparium. Et hoc advertit, quod campor dicitur ille, qui in gratiam alterius pecuniam permutat: Camparius vero dicitur ille, in cuius gratiam fit pecuniae permutatio; seu qui dat ad cambium, ut lucratur, dicitur Campor, qui vero recipit ad cambium, & dat lucrum, dicitur Camparius.

- (Si velit Lector differentiam ab Auct. propositam invenire, perlegat tit. 10. n. 11. 15. & 16. lib. 3. For. Reg. atque tit. 1. n. 3. & 6. p. 5. utpote per suas leges, quid sit emptio, permutatio, depositum, & mutuum, demonstratur; in quibuslibet ex eis, dum occasio se offerat, adnotationes efficientur, modo vid. verb. Depositum.)
7 Cambium est duplex, reale, & sicum. Cambium reale est, quo pecunia realiter cum alia pecunia commutatur. Et hoc cambium reale est adhuc duplex, scilicet, cambium reale minutum, seu manuale, & cambium reale locale, seu per literas. Cambium minutum seu manuale est, quo pecunia minor praesens cum alia majori pariter praesenti commutatur, vel è converso, ut cum permutatur moneta argentea cum aurea, aerea cum argentea, patricia & currentis cum extera & non currente, nova cum vetere, aut denique moneta levis, & deficiens in justo pondere cum moneta justa, legitimi ponderis, aut è contra. Et dicitur cambium minutum, quia in eo frequentius pecuniae grandiores cum minoribus commutantur pro usu commodo ad res vulgares, ac necessarias emendas; & minoribus pecuniae cum magnis commutantur pro majori facilitate ad eas alio transportandas, aut reconcedendas. Et hoc cambium minutum est licitum cum moderato lucro secundum consuetudinem regionis pluribus de causis; 1. ratione laboris, 2. incommodi, 3. officio cambiandi,

Sicum cambium sub gravibus poenis etiam nostras per leges interdicitur. Tres comites assignantur, ex quibus, si quilibet desit, pro tali reputatur: nam semper quod dat camparius pecuniam campori, in alio distanti loco cum pacto solvendi, si in eo ille nec creditum pecuniam, aut nec correspondentem haberit, fidei nomen haud evadit; ideo Auctoritas doctrina extendi debet, legibus nostris sit sit conformis, ad camporem creditum non habentem, & sic, si ullam aliquod ex tribus ei non abfuerit, reprobatur (r).

(1) L. 13. tit. 18. lib. 5. Guardense las leyes y pragmáticas reales, que prohiben los dichos cambios secos, só las penas, y en la forma que en ella se contiene. §. 2. Otrosí, declaro por cambio seco, y en que hayan

4. expensarum, 5. Commoditatis, 6. antiquitatis honorifica, 7. raritatis, 8. praestantioris metalli, 9. pecuniaris affectus, quo quis se privat, 10. usus, & expendibilitatis.

Cambium locale, seu per literas est, quo pecunia praesens a campario commutatur cum pecunia absente in alio loco solvenda, mediante camporis syngrapha. Et dicitur cambium locale seu per literas, quia in eo dantur literae de loco ad locum, quibus mandatur correspondenti, ut in illo altero loco pecunias solvat. Et hoc cambium locale, seu per literas, est licitum cum moderato lucro secundum consuetudinem, majorem, vel minorem distantiam locorum, pluribus etiam de causis; 1. ratione laboris, 2. ratione incommodi, 3. ratione expensarum in destinando telonium, & famulos ad cambiandum paratos, & in conservandis correspondentibus in locis, aut nundinis, 4. ratione assecurationis pecuniae campariis, quae si transportari debet, camparius expensas pateretur, & pericula; 5. ratione virtualis translationis pecuniae, quae fit per literas, & correspondentes de uno in alium locum in commodum camparii pecunias; 6. ratione majoris, vel minoris aestimationis pecuniae.

Nota ad rem. Cambium locale, & per literas, de quo hic agitur, quando revera literae mittuntur, vel transmittuntur alio loco pecunia eo modo, quo apud theologos describitur, admittitur a Benedicto XIV. in Tract. de Synodo Diocesis. lib. 7. cap. 48. §. 7. Cambium vero obliquum, quo mutuatarius se obligat ad negotiandum in cambiis tantumdem pecuniae, quantum mutuo accepit a cambista in favorem ipsius cambistae, vel eodem cambista dat facultatem, ut nomine suo accipiat sive à se ipso, sive ab alio tantumdem pecuniae, quantum sibi mutuo datum est; accipiat, inquam, eam per cambii contractum; atque interim mutuatarius se obligat ad solvendum quantum necesse est pro ratione hujus secundi cambii, hoc inquam, cambium, quamvis non reprobatur à nonnullis, & revera fortasse in foro fore sustineri posset, adhuc tamen in conscientia reprobandum est; ibid. §. 9. & 10. Interdum vero mutuatarius in se suscipit onus negotiandi per cambium tantumdem pecuniae, quantum à cambista mutui nomine recepit; tunc vero quidquid lucratur, vel lucrari potest in isto cambio nomine mutuantis factum, totum illi solvitur; quae solutio etiam facienda est, etsi istud negotium cambii revera factum non sit, quia cambista intererat, ut fieret. Id etiam perinde ac prius à Pontifice reprobatur; ibid. Hic tamen advertit, quod haec omnia cambia, quamvis per se, saltem quoad nonnulla, licita laicis, interdicitur esse Clericis, Canonibus magno consensu demonstrant, & evincunt; ibid. cap. 49. §. 11.

Cambium sicum est, quando fingitur solutio scienda alibi, sed revera fit in eodem loco cum usura. Et dicitur cambium sicum, quia caret humido justitiae, seu justo titulo ad pariendum lucrum. Hoc contingit, quando campor dat pecuniam campario cum pacto, ut sibi solvantur in alio loco distanti eo pretio soluto dari, pro similibus locis distantibus, licet campor certo sciat camparium non habere pecuniam, nec correspondentem in tali loco distanti, adeoque certo credat, pecuniam in eodem priori loco postea restituendam esse. Et hoc non est verum, vel apparet tantum, & fidei est cambium; re ipsa autem est verum, & merum mutuum, indeque sumptum lucrum vera, & mera usura, & per hoc damnatum fuit ab Urbano III. cap. Consuluit 10. de Usuris; Et novissime à S. Pio VI. in Bulla de cambii incip. In eam pro nostro, ubi hujusmodi cambicia sicca, tanquam usuraria expresse damnat.

Cambiorum usus, seu negotio ex duplici fine lucran-

lugar las dichas penas, siempre que los que toman dinero à cambio no tuvieren dinero ó crédito ó correspondiente suyo propio en las plazas y lugares fuera de estos nuestros reynos:

crandi videtur inducenda, ut recte notat Azorius Institut. moral. lib. 10. cap. 3. vers. 1. Queritur; scilicet, vel ex tali fine ob publicum reipublicae commodum, vel ex ipso ob privatam camporum utilitatem. Ex utroque fine licita cambiorum negotio. Et primo enim fine, nec est, quid id neget, & iustitiam ipsius satis indicat necessitas reipublicae, quae summe indiget cambiorum alium usum seu negotiatione; tum pro sustinendis nundinis, mercaturis, & commerciis exteris; cambiando pecuniam patriam, & currentem cum extera, & non currente, tum pro obeundis in longinqua itineribus, aut pro peragendis contractibus, cambiando per literas pecuniam praesentem cum absente, seu aerea, & argenteam cum aurea translatu faciliore, & commodiore; tum denique pro quotidianis minutis contractibus, & emptionibus cambiando integras monetas cum minutioribus ad tales minutas emptiones magis idoneis, & hujusmodi; adeoque stat clarum, esse licitissimum usum cambiorum ex primo fine, scilicet ob publicam reipublicae bonum, propter quod S. Pius V. in cit. Bulla de cambiis incip. In eam pro nostro, appellat Cambiorum usum legitimum, & quem necessitas, publicaeque utilitas induxit. Et secundo etiam fine, scilicet ob privatam camporum utilitatem esse licita cambium, clare patet, quia finis particularis acquirendi lucrum per contractus licitos, non potest dici illicitus, aliter illicita esset omnis negotio, & mercatura ad finem lucrandi, quod à nemine sanæ mentis est dicendum: contractus autem, & usus cambiorum est licitissimus, tum per Jus civile in cap. De Usuris, ubi Doctores communiter, tum per Jus canonicum in cap. Naviganti 19. de Usuris, & praecipue per citatam constitutionem S. Pii V. de cambiis editam quinto kalend. Febr. 1571. dummodo serventur conditiones in eadem constitutione praescriptae, quae praecipue sunt quatuor. 1. Quod campor non paucetur de aliquo lucro ratione solutionis dilata ultra terminum. 2. Quod non paucetur de certo interesse, sive principio celebrationis cambii, sive ex post. 3. Quod cambia realia aliter non fiant, nisi ad proximas nundinas. 4. Quod in terminis solutionum constituendis habeatur ratio longinquitatis, & vicinitatis locorum ad qua solutio destinatur.

Cambiorum negotio potest etiam licite exerceri à qualibet persona privata non destinata à republica ad cambiandum, & aliquod lucrum, seu utilitatem recipere ex cambiis, quae ex proprio arbitrio, & libertate exercet. Navarrus cap. 17. n. 288. Lessius lib. 2. de Justitia cap. 23. Dubit. 2. n. 9. & alii communiter. Permissio enim, seu deputatio principis ad aliquod munus non potest reddere illud munus licitum, si ex se illicitum est, adeoque si licita sunt cambicia exercita à deputatis à principe, vel republica, erunt etiam licita cambicia exercita à

Ad cambia publica nostrum intendendo sermonem, nemo est qui similem possit negotiationem efficere, nisi suprema Castellae Senatus approbationem obtineat; (1) & praequamquod hac in regione hispanica (2) sit praescriptum, alio genere commercii se ingerere, aut immiscere pecuniam sic permutantes, haud valere: ultramarinis ditioribus specialis prohibitio advertitur, (3) ne mercibus emendis, & vendendis vitam traducetes huicine negotiationi incumbant, poenas stabilitas in eos exequendo.

(1) L. 14. ejusd. Ninguna persona pueda poner cambio, ó banco público en nuestra Corte, sin que ante todas cosas pida licencia en el nuestro Consejo para ello: §. 1. Ibi: Mandamos que todas las personas, que despues de la promulgacion de esta nuestra ley, quisieren poner cambios y bancos públicos de esta nuestra Corte en qualquiera otro lugar de estos nuestros reynos, despues de haber pedido licencia para ello ante la justicia, y regimiento de la ciudad, ó villa, donde pretendieren ponerlos, y dado fianzas, y admitidolas las dichas justicias, y regimientos, envien al nuestro Consejo todos los autos, fianzas, y recaudos, que sobre esto hubieren pasado, para que en él se vean, y examinen; y pareciendo ser seguras, bastantes, y ciertos los puestos de los dichos bancos, y cambios públicos, y constando concurrir en las personas, que los quisieren poner las calidades necesarias, se les dé licencia para ello, y hasta que la tengan del dicho nuestro Consejo, no los puedan poner, ni usar de ellos en manera alguna, só penas: Ferrar. Bibliothec. Tom. II.

qualibet persona privata non destinata à republica. Immo etiam si persona privata per decretum principis, seu reipublicae prohibeantur negotiationem cambiorum exercere, nihilominus non obstante hujusmodi prohibitione contractus minorum cambiorum subsistunt, & aliis servata iustitia pretii, nulla restituendi obligatio sequitur, cum nullum damnum inferri supponatur. Sic contra Sorum, Mol. disp. 399. & 405. Lessius cap. 23. dubit. 17. Layman lib. 3. cap. 19. n. 4. Lugo disp. 28. sect. 4. Rosignol. de cambiis contr. 5. punct. 4. n. 7. Sporer. tit. 2. tract. 6. sect. de cambiis n. 44. Nec tales privatae personae cambiantes contra prohibitionem principis peccant mortaliter, nisi sua cambia cedant in grave detrimentum reipublicae, ut puta si fiant cum exteris, vel hostibus, ut si bona monetæ extra provinciam extrahantur, & male introducantur, & alia hujusmodi gravia detrimenta reipublicae inferant; alioquin à peccato mortali recte excusant Molin. Lessius, Layman, Sporer locis citatis, Tamburinum cap. 3. §. 2. & alii. Cum enim nulli damnum inferant, non potest dici quod ullum peccatum mortale incurrant praeter venialem forte inobedientiam, & poenam in foro externo solvendam à deprehensis.

Haud ita facile pronuntiandum, veniali dumtaxat noxa esse damnandos, qui adversum principis voluntatem, cambia ineunt, licet justam mercedem cambii respondentem non excedant; principis enim legi, & quidem non parvi momenti, contradicunt, cum de ea re agatur, quae commune reipublicae bonum respicit. Leges autem principis de re gravi latae, nisi aliter constet, sub gravi obligare, omnes docent Theologi. Adde damnum, quod ceteris camporibus à principe deputatis, aut probatis, immineret. Eapropter mortaliter per se peccare cambiantes contra principis prohibitionem, pronuntiandum videtur. Cons. Pontas verb. Camps. cas. 1.

Quando cambium simul, & semel aequè prodest tam campario, quam campori, seu uterque cambiantium reportat ex cambio aequale commodum, is qui praevenit ab altero potest ab illo lucrum cambii recipere v. g. Petrus eget pecunia Alexandriae, sed habet Mediolani; Paulus habet Mediolani, sed eget Alexandriae, si Petrus praeveniat Paulum petendo ab ipso cambium Mediolanum, lucrum cambii erit Pauli; & è contra, si Paulus praeveniat Petrum petendo ab ipso cambium Alexandriae, lucrum cambii erit Petri. Et ratio est, quia qui praevenit, revera praestat alteri obsequium, & servitium pretio aestimabile, & per accidens est, atque ad ejus fortunam spectat, quod id aliunde vertatur in suum commodum; ita Cajet. Sylvester, Bonacina, & alii cum Molina disp. 405. Tamburinum lib. 9. c. 4. §. 3. Sporer loc. cit. numer. 40. & alii passim.

Fa-

(2) L. 12. ejusd. Porque detener los cambios públicos de las ferias de las ciudades, y villas, y lugares de estos reynos, negocios, y contrataciones fuera de lo tocante à los cambios, ha resultado haberse alzado, y quebrado en mucho daño de nuestros súbditos y naturales, que en ellos tenían sus dineros en confianza; por lo qual lo susodicho, mandamos, que agora, y de aqui adelante: no los pueda tener una sola persona, sino que sean dos ó lo menos abonados; y que las tales personas, que tuvieren los dichos cambios, no puedan por sí, ni por interpuestas personas, directè, ni indirectè, tratar, ni contratar, ni entender en otros tratos, y mercaderias, y compañías, sino solamente en lo tocante à los dichos cambios:

(3) L. 58. tit. 46. lib. 9. Ind. Ningun mercader que tenga tienda pública pueda usar oficio de banco público, aunque afiance; y si le usare, ordenamos, y mandamos al Consulado, que le cierre la tienda, y condene en quatrocientos pesos ensayados para nuestra Real Cámara, y gastos del Consulado, por mitad.

27 Famulus, qui pecunias aureas accipit a domino, ut ipas deferat pro solutione ad creditorem ejusdem domini, illasque commutat cum argenteis, acquisito in illa commutatione, seu cambio aliquo lucro; si cum pecuniis illis argenteis satisfecit in integrum creditori intra debitum tempus, nec graviter peccat, nec ad ullam restitutionem, vel domino, vel ejus creditori faciendam, obligatur, appositis tribus. 1. Quod Dominus creditori non teneatur ex pacto pecuniam auream in specie solvere, sed satisfaciat, etiam pecuniam argenteam ejus valoris solvendo. 2. Quod famulus non plus a creditoribus in utilitatem Domini sui consequi possit, seu aureas seu argenteas tradat. 3. Quod famulus neque expressum, neque presumptum Domini mandatum habeat, ut easdem pecunias in specie tradat, aut forte eadem cambiando, ipsi Domino lucretur; sed proprio nomine, ac periculo suo cambium intrinsecum. Ita pluribus citatis Molina disp. 402. Lessius cap. 22. dicitur. 2. Layman. loc. cit. n. 5. Sporer loc. cit. n. 46. Et alii passim. Et ratio est, quia per lucrum illud acquisitum a famulo, non leditur jus creditoris, nec violatur intentio debitoris, ergo non consurgit aliqua obligatio uni, vel alteri illud resarciendi. Consequenter est clara, quia debitum restitutionis non consurgit, nisi ex lesione alterius, vel ratione rei injuste acceptae, vel ratione injustae acceptionis; non est autem res injuste accepta, per quam nullus leditur, nec injusta acceptio, quae non est contra voluntatem ejus, qui pecuniam illam solvendam tradit. Antecedens probatur, quia jus creditoris est solum, ut ad aequalitatem solvatur tantum, quantum erat illi debitum, potius in pecunia in uno genere, quam in altero; finis vero domini debitoris, ut extinguatur praesens jus, quod adversus ipsum habebat creditor, aequae autem extinguitur per pecuniam in argento, ac in auro, dummodo sit ad aequalitatem secundum valorem legale, & quidem in tali loco, & tempore in quo solvitur, nisi aliter conventum sit, adeoque Sc. Tum quia id, quod ex pecunia, natura sua sterili, acquiritur, non est fructus rei, sed industria, adeoque illud lucrum in proposito non acquiritur domino, nec creditori, sed ipsi famulo industriad applicanti, sicut etiam depositarius, commodatarius, immo fur, vel usurarius, vel quilibet injustus possessor ex alienis pecuniis negotiando, lucrum non domino, sed sibi acquirit, dummodo aliis dominum indemnem servet, ut cum Divo Thoma 2. 2. q. 78. d. 3. tenent Doctores communiter.

30 Si autem dominus expresse mandat famulo, ut pecunias in eadem illa specie auri deferat, & solvat creditoribus, tunc famulus contra expressam voluntatem domini, & praesumptam voluntatem creditorum, commutando in argenteam, vel aream, graviter peccat, & tenetur ad restitutionem omnis damni creditoribus exinde secuti. Et ratio est, quia in hoc casu creditores jus habent secundum domini voluntatem, ac mandatum exigendi a famulo pecunias aureas in tali specie sibi destinatas, quas si ille non reddat, injuriam eis affert, & consequenter damnum emergens, vel lucrum inde cessans compensare tenetur. Si vero nullum inde damnum sequatur, ut puta, si pecunias aureas, non aliter, ac argenteas, & areas expenderet; adhuc quidem erit injuria, cum esset, & contra domini, & contra creditorum voluntatem; sed nulla erit obligatio restituendi, qui obligatio restitutionis non est pro injuria sola, sed pro damno illato, quod hic cessat. Molina. loc. cit. concl. 3. Laym. loc. cit. n. 5. alii passim.

32 Cambium cum recambio, seu cum recursu, quod fit cum Petrus campor v. g. bona fide numerat mille aureos Paulo campario hic Alexandriae solvendo postea Romae; sed quia Paulus camparius Romae nullas pecunias, seu correspondentes habet, utitur correspondente ipsius Petri camporis, unde correspondens camporis fit pro tunc etiam correspondens Pauli camparii, & loco ipsius camparii solvit imaginariae Romae pro pretio consueto, & mox novo cambio cum iterato pretio committit solvendo Alexandriae cum duplicato lucro. Hoc cambium cum recursu, ad unis vocatum *Veruntinum* a Vesuntio urbe in Burgundia, & ad alii Placentinum a Placentia Italiae urbe, eo quod credatur in istis locis primo celebratum, licet a variis velut licitum speculativae defendatur; tamen pro

praxi est absolute rejiciendum, velut purum mutuum, & palliata usura, adeoque cambium siccum duplicatum, cum revera in ipso camparius patitur onus duplicis cambii, & campor refert duplex lucrum. Sic recte Lessius, Navarr. Lug. n. 98. Diana part. 1. tract. 8. resol. 1. part. 9. tract. 8. resol. 67. Burg. cent. 3. cas. 36. La Croix lib. 3. part. 2. n. 103. Sporer loc. cit. n. 44. ubi hoc cambium vocat rem diabolicam, cum revera praedice non videtur esse aliud, quam cambium siccum, seu siccum duplicatum.

33 Cambium *Francofuriense*, sic dictum, ex quo creditur ibi adinventum, & quod generalius vocatur cambium ad nundinas, ex quo ordinarie detur pro nundinis, fit, cum eantibus ad nundinas v. g. Francofurtenses dantur pecuniae ad cambium tanto majori cum incremento ibi recipienda, quanto longiori temporis intervallo nundinae distant; ita ut si uno tantum mense distent, unum grossum v. g. in singulos florenos lucretur; si duobus, duos, si tribus, tres, & sic consequenter usque ad ipsas nundinas, quae tamen non distant ultra sex menses; cambium hoc ex communi Doctorum fieri potest licite ratione majoris lucri cessantis, quo diutius nundinae distant, & pecuniae solutio differit, praesentim apud mercatores, quorum lucrandi unicum instrumentum pecunia est. Et dato quod in hoc cambio interdum non adsit ratio majoris lucri cessantis, adhuc ex ratione, & natura contractus defenditur, & excusatur a plurimis, etiam per hoc quod tempore propinquo nundinis sit copia pecuniarum, adeoque multitudine camporum faciat cambium vilius, & contra tempore remotiore, est minor copia, unde cum tali pecunia habeat se per modum mercis, pretium ejus augebitur ex penuria venditorum, & minuetur ex copia. Molina. loc. cit. disp. 404. Lessius loc. cit. n. 35. Layman loc. cit. n. 9. Tamburin. lib. 9. cap. 5. Castropal. D. 7. n. 3. Cajet. Tolet. Sa, Salas, & alii.

34 De cambio obliquo ne verbum quidem facit Auctor. At frequentes adeo in foro sunt controversiae de hoc obliquo cambio, ut necessarium omnino sit de eo paucis disserere.

35 Cambium obliquo *sub se* (ita opportune illud describit Card. de Luc. in summa de cambiis n. 16.) tres occultat contractus, mutui scilicet, mandati, & cambii. "Ille siquidem, qui pro aliis usibus, vel indigentibus pecunia indigeat, eam mutuum suscipit, adeoque primus est contractus mutui. Quia vero mutuatur illam otiosam retenturum non est, sed in istam cambiorum negotiationem retenturum, hinc mutuarius, ut mutuatore etiam ex justitia legibus indemnem servet ab eo lucro, quod ex illicita cambiorum negotiatione mutui pecuniae obtinere esset, eidem mutuatori facultatem tribuit, ut ab aliis, vel etiam a se ipso tantumdem, sive aequivalentem summam sub cambiis suscipere, & ratificare valeat." Sive idem mutuarius istud onus in se suscipit: ideoque non ipsa mutuata pecunia, sed in alia aequivalenti cambium in eundem est, ac propterea ultra primum mutui contractum alii duo occultantur, illa scilicet mandati, quod mutuarius mutuatori praestat, vel e converso, & alter ipsius cambii, quod in mandante executionem in eatur, vel pro initio in odium mandatarii susceptum mandatum non adimplentis haberi debeat, ut ad damna & interesse ut supra obligatus remaneat.

36 Quid sentiendum sit de hoc contractu in foro interno, vide apud Benedicium XIV. Pontificem Optimum Maximum de synodo discreta n. 10. cap. 5. num. 10. In foro tamen externo, non differt eodem Summo Pontifice, probatus ille est.

37 In creatione hujus, de quo disserit, cambii obliqui, necesse haud est, ut interveniat pecunia numerata, sed creari ipsum potest ex praesentibus creditis, iis tamen certis; Rota in Eugubina cambiorum super reservatis 7. Jun. 1754. §. 2. & 10. Apr. 1755. §. 2. cor. R. P. D. Elephant & 25. April. 1757. §. 3. cor. R. P. D. Canilliac; modo abist suffocatio debitoris. Quando vero haec dicitur addesse, tradit Rot. cor. Lancet. decis. 107. n. 10. & 39 plur. sequent. & inter impress. post. Abit. de inconstat. in judic. decis. 14. n. 1.

38 Quinimmo creari potest cambium obliquo ex fructu-

39 tibus detursis & nondum solutis aliorum cambiorum. Tunc sane creatur aliquid cambium conveniri nequit, ut fructus in dies decurrentes, nisi suo tempore solvantur, augeant sortem, & esque conventio haec anathematis ille tantopere a legibus improbatas. 1. Si non sortem, sed de condit. indebit. I. ut nullo C. de usur. At nihil impedit, quominus fructus jam decursi una conservati conferantur in sortem aptam alios fructus progignere, dummodo titulus justus contractus, prout est cambium obliquo, adhibeatur. Idem sacrum tribunal Rotae non modo in mox citatis decisionibus, verum etiam cor. Caprar. decis. 346. num. 3. & sequent. & decis. 368. numer. 2. cor. Ansaldo. decis. 104. num. 9. & clar. mem. Tanar. decis. 174. num. 2.

40 Quid vero si nondum venerit dies omnium illorum fructuum? Modo causa fructuum sit duratura, ut si cuncti anticipare possunt vere solvi, ita & anticipare solvi fide possunt per conversionem ipsorum in alia cambia; Rot. cor. Ansaldo. decis. 104. num. 2. & 9. & in confirmatoria cor. Mut. impressa apud de Comit. inter decision. Florent. decis. 113. num. 7.

41 Quod si creditum, ex quo creatum est cambium obliquo, in totum haud subsistat, vitiatum ipsum cambium obliquo, quoad excessum, & sustinetur pro parte vere debita; idque quia ubi agit de dividuis, utile per inutile non vitiat, ut text. in l. 1. §. Sed si mihi ff. de V. O. firmavit Rot. cor. Caprar. decis. 652. n. 2. & duob. sequent. cor. Ansaldo. decis. 179. num. 6. & seq. (Leg. 9. tit. 4. p. 5. 11. tit. 6. 3. tit. 8. lib. 4. Recop. Cast.)

42 De eo etiam disputari solet, an validum sit cambium obliquo ex credito creatum, si creditor scriverit nullas ad debitorem esse pecunias numeratas, quae ad nundinas transmissi possent, ut promissa cambia effectum habere possent. Negant Neguerol. alleg. 16. num. 134. & sequent. Palm. Nep. alleg. 267. num. 18. Sanmartin. controv. 183. num. 7. Pauluc. disserti. 66. n. 77. & sequent. Leotard. de usur. quest. 26. num. 51. Rot. cor. Peuting. decis. 163. num. 1. 5. & sequent. & decis. 193. num. 1. & 2. At praevaleat opinio affirmativa. Vide Balducc. ad Roman. observ. 40. num. 6. & sequent. Cardinal. de Luc. de camb. disc. 3. n. 6. & seq. & disc. 4. n. 3. & seq. & decis. 5. n. 8. Ansaldo. de comm. disc. 45. n. 48. Casareg. cod. tract. disc. 21. num. 10. & seq. Rot. Bonon. apud Urcel. de transact. q. 4. num. 23. ad fin. Rot. Roman. cor. Dunozet. jun. decis. 829. num. 15. & seq. cor. Emeris. jun. decis. 834. n. 9. cor. Caprar. decis. 621. & inter impressas post Balducc. ad consil. Roman. decis. 49. num. 17.

43 Num autem id ipsum obtineat, si debitor in creatione cambii fassus fuerit, se non esse solvendo? Ratio dubitandi inde nascitur, quod in creatione cambii obliqui ex aliquo credito duo actus intervenisse finguntur, alter scilicet solutionis pecuniarum in causam crediti, & alter retrodationis earumdem pecuniarum titulo cambii. Ubi autem debitor se non esse solvendo fateatur, fingi nec possunt hi duo actus. At videndum, utrum impotentia a debitore confessa erit physica, an moralis. Priori casu sustineri nequit cambium ex mox dicta ratione; sustinetur vero posteriori casu, Consule Rot. in Roman. cambiorum 16. Januar. 1690. §. Absque, cor. Mut. impressa apud Casareg. de Comm. disc. 49.

44 Major questio, an sustineatur cambium obliquo ex credito creatum, si praeservata fuit anterioritas & potioritas ipsius crediti. Distingendum ita est: Si cum anterioritate & potioritate praeservata fuit duratio ipsius crediti non sustinetur, quia locus nec esse potest fictioni dictorum duorum casuum. Et si praeservata dumtaxat fuit anterioritas crediti, sustinetur; Confer. Rot. in Mantis. ad Card. de Luc. de credit. decis. 8. n. 16. tom. 13.

45 Ex hoc collige, quod si quoquo alio modo praeservata appareat duratio crediti, ut si debitor petierit dilationem, non sustineatur cambium obliquo ex ipso credito creatum; Rota in Eugubina Cambiorum 8. Martii 1754. §. & seq. cor. R. P. D. Elephant. Sed jam satis de cambio obliquo ex credito aliquo creato.

46 De fructibus cambii hujus obliqui tametsi valide creati, an & quando illi debeantur, non inutilis inspectio

hic est. Hac autem distinctione procedit: Si onus cambiandi susceptum fuit a creditore, non aliter debentur, quam si ipse creditor probet, se revera implevisse onus cambiandi, debentur fructus etiam non docto de implemento oneris cambiandi; Idque, quia actus in odium gerere debentur pro gesto habetur, nec sua culposo probit culpa, & adversario nocet; Card. de Luc. de camb. disc. 4. n. 6. & sequent. Rot. select. jur. disp. cap. 95. num. 18. Rot. cor. Bieh. decis. 74. num. 3. cor. Molin. decis. 1201. num. 4. & seq. & in Romana, seu Ferrariorum, doctis 15. Junii 1736. §. 9. sequent. cor. Calcagnin.

47 Gravis hinc oritur questio, utrius sit onus cambiandi in dubio, creditoris ne, an debitoris? Placuit, quod sit creditoris, & non aliter pertinere possit ad debitorem, quam si pacto expresso fuerit in ipsum translatum; Card. de Luc. de camb. disc. 149. num. 47. Rota Romana cor. Cerr. decis. 5. 3. num. 4. egregie in Romana cambii impressa apud Card. de Luc. tom. 1. lib. 5. decis. 17. num. 1. & duab. sequent. in Romana seu Ferrariorum, doctis 15. Junii 1735. §. 12. coram Calcagnino, & in Romana, seu Ferrariorum, doctis super fructibus Cambii 17. Maji §. Absque, cor. R. P. D. Canilliac. Quod si debitor assumat onus cambiandi, nihil vetat, quominus illud assumere queat proprio periculo, proprioque expensis. Rot. in recent. decis. 304. n. 3. p. 3. & in Eugubina cambiorum super reservatis. 21. April. 1755. §. 2. cor. R. P. D. Elephant.

48 An cessent fructus cambii obliqui per decoctionem debitoris, qui onus cambiandi assumpsit? Et quid si aliter cum debitore in solidum se obligaverit? Vid. Rot. in Romana concursus super reservatis 6. Decembr. 1741. coram de Vais, tum in Romana cambiorum 17. Febr. 1745. cor. Molin.

49 An itidem cessent fructus cambii obliqui elapso tempore praefinito? Distingue: Ubi debitor assumpsit onus cambiandi absque ulla temporis limitatione, fructus debentur ad sortis usque restitutionem, non obstante termino adjecto restitutioni sortis, utpote qui adjectus censetur in gratiam ipsius debitoris, ne interim scilicet possit ad ipsam sortis restitutionem compelli. Ceterum si non constet, debitorem onus cambiandi assumpsisse absque limitatione temporis, non debentur fructus ultra tempus restitutioni sortis adjectum; Rot. in Bononiens. cambii 28. Jun. 1754. §. Atque hinc, coram Harrae. in Romani cambii 25. Novemb. 1735. & in Confirmatoria 8. Jun. 1736. utrobique fer. per tot. coram Calcagnino. De cambio vero obliquo ad biennium contracto, & deinde ad beneplacitum partium, an & quando prorogatum censi debeat? ad Rot. in Florentina Pecuniarum super fructibus 21. Jun. 1745. cor. R. P. D. Elephant.

50 De fructibus quoque cambii obliqui non incongrue quaeritur, an conveniri a principio possint in certa quantitate? Affirmant Rocc. disp. jur. select. cap. 96. num. 1. Casareg. de comm. disc. 26. num. 16. Rot. in Eugubina cambiorum super reservatis 25. Aprilis 1757. §. 10. cor. R. P. C. Canilliac.

51 An in cambio obliquo dari possit fidejussor, vel recipi pignus, non conveniunt inter se Doctores. At magis recepta est opinio affirmativa. Consule Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. quest. 6. n. 2336. & plur. sequent. Tarr. de de camb. disp. 3. quest. 1. num. 5. 6. 13. & qui Bacc. Osach. Noguero. Capyc. Latr. Roderic. aliosque contrarios confutat Constantin. vor. decisio. 219. per tot. Vide de cambio obliquo alla verb. Clericus, art. 3. & de cambio directo verb. Litera.

52 Tametsi sub Cambii nomine, ut supra advertitur, tam in praerato tit. 11. lib. 3. For. Reg. quae tit. 6. p. 5. leges inveniuntur, de permutatione genericis subintelliguntur, non de specifica, scilicet pecuniae pro pecunia: nam per eas deciditur, quam similitudinem cum emptione, & venditione habeat permutatio: quid sit: a quibus personis, modis, & rebus effici potest: vis hujus contractus designatur: (vide add. hisp. verb. Contractus, vers. Verba: & Pactum) quomodo dissolvendus proponitur; verumtamen leges tit. 8. lib. 5. Ord. Reg. nominatum de Cambii aliquid disposerunt: paulo amplius

plius quæ in tit. 18. lib. 5. Recop. Cast. sunt insertæ: quindem leges amplectitur: in eis libertas hujus contractus demandatur personæ, quibus sic contrahere permittitur, demonstratur: earum qualitates præfinitur: quomodo est pecuniarum receptio faciendâ, referre non omittitur: pro ejusmodi muneris publici procuracione assignatur æstimatio: casus, quo non est lucrum referendum, prescribitur: quæ cambia prohibita; necnisi conceditur, pecunias, ut negotiaciones perficiant, nisi commoda, atque incommoda substulerit, etiam damni emergentis, lucrive cessantis prætextu mercatoribus tradere. (Vid. hic in add. hisp.)

CAMPANA.

Variâ quoad Campanas.

SUMMARIUM.

- 1 CAMPANARUM usus, & abusus, ad n. 4.
- 5 Campana à quibus benedicenda jure vel privilegio, ad num. 10.
- 11 Quando pulsari haud possint, ad n. 15.
- 16 Regularibus quid concessum circa earum pulsationem, ad num. 21.
- 22 Quibus diebus tempore interdicti pulsari queant ex Indulto Summ. Pontificum, ad num. 25.
- 26 Subveniuntur supplementa Auctoris, ad n. 32.
- 33 Additiones ex aliena manu, ad n. 37.
- 38 Novissimas invenies insertas, ad num. 43.

CAMPANARUM USUS expresse indicatur à Gloss. cap. Quia cunctos unic. de Offic. Custodis, Extrav. comm. ubi verb. Campana, adducit campanam sic de se ipsa loquentem duobus his versibus:

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum, defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro.

- 2 Unde non licet regulariter pulsare campanas benedicendas, seu consecratas, ut convocetur populus ad arma, vel ad designanda supplicia, & mortes quæ dantur reis; Conc. Mediol. l. part. 2. tit. de ecclesiis, & eorum cultu in fine his verbis: "Sacre campanæ usum, qui ad fideles præmonendos, ut ad divina convenientia officia, est introductus, indignum est, ad conveniendos homines ad spectacula suppliciorum adhiberi. Quamobrem principes, ac magistratus etiam, atque etiam hortamur, ut campanis, quæ ecclesiarum usui sunt addictæ, nisi consecratæ sint, ad penarum significationem quemquam uti ne patiantur." Et Sac. Congr. Episc. & Regul. in Papiens. de anno 1581. apud Barbos. in Collectan. decis. Apost. verb. Campana n. 5. expresse decrevit, quod campanæ consecratæ etiam in turri profana existentes, nullatenus usui profano inservire debeant, etiam si in hunc usum secularibus fabricatæ prætenderentur. Campanæ enim ex Concil. Coloniens. II. part. 9. cap. 14. benedicuntur, ut vocetur populus ad conveniendum in templo, & clericus ad annuntiandas Dei laudes, & fideles omnes invitentur ad preces, & devotionem, cujus institutionis meminit liber Romani Ordinis relatus in cap. 1. de offic. Custodis, ubi campanæ appellantur signa, quia in eum finem pulsantur, ut sint signa temporis, quo Clerici ad divinas horas recitandas, & fideles ad intendendum sacris debent convenire; consonat textus in cap. Solent de consecr. dist. 1. & in cap. 2. de offic. Custodis. Insuper, ait ipsum cit. Conc. Coloniens. benedicuntur campanæ, ut earum sonitu terribi demones statim discedant, & repellantur procul hostiles exercitus, & ut fragor grandinum, procellæ turbinum, impetus tempestatum, & fulgurum, infesta tonitrua, & ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum, & aeræ tempestates prosternantur; Concilium ibi; Furo. de visitat. lib. 1. cap. 14. n. 7. latissime post alios recentiores Martinus Delrius disquit. magic. lib. 6. cap. 3. q. 33. ad fin. lit. F. & cum pluribus aliis Barbosa de offic. &

potest. Episc. part. 2. allegat. 27. num. 47. & 48. Campanæ, antequam in campanili collocentur, debent esse benedicte, & consecratæ ab Episcopo, vel ab alio habente facultatem, & hoc de necessitate præcepti, prout habetur ex Pontificali tit. de benedictione Campana, ubi prescribitur, quod campana debet benedici, antequam ponatur in campanili; verbum enim illud debet, necessitatem importat, l. 1. §. 1. Quod quisque Juris, Gloss. in Clementina Attendentes, verb. Debeant, de statu Monachorum. (Leg. 2. tit. 29. p. 2. gloss. 1. leg. 9. tit. 4. gloss. 3. 22. tit. 11. gloss. 5. p. 3. leg. 26. tit. 1. p. 7. gloss. ibi debelo dar pot quitoa) Rota apud Farin. part. 1. tit. 1. decis. 79. Adeo ut etiam Regulares possint cogi ab Episcopo ad deponendum de campanili campanas, si ibi non benedicte appenderunt; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Aprutina 17. Januar. 1614. Immo Episcopus potest prohibere, ne campanæ nondum benedicte pulsentur; Sac. Congr. Rit. in Aprutina 5. Julii 1614. Et hoc est advertendum, quod benedictio campanarum ab Episcopo delegari non potest, quia unctio, quæ debet fieri cum sacris oleis, est Ordinis Episcopalis, & de necessitate præcepti, ut habetur in cit. Pontificali, & ideo inferioribus Episcopo committi non potest, nisi ex speciali Indulto Pape; Sac. Congr. Rit. in Majoricen. 19. April. 1687. Et qui habet Indultum non potest alii benedictionem delegare, nisi hoc illi concedatur expresse; ead. Congr. in Nullius Fulden. 1. Sept. 1703. Privilegio benedicendi campanas gaudent Abbates, alique Prælati usum Pontificalium habentes, ut expresse declaravit Sac. Congr. in Patavina 5. Apr. 1620. dum modo id faciunt pro solo usu suarum ecclesiarum, ut pluries censuit Sac. Congr. & signanter 27. Septembris 1619. §. 16. in decret. circa usum Pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorum coram Sanctissimo Domino nostro Alexandro VII. emanato. Vid. verb. Calix n. 5. & verb. Abbas n. 31. (Vid. add. novis. verb. Calix verb. Consonant: ibique leg. 14. ubi de benedictione campanæ etiam agitur.)

Campanæ in sabbato sancto non possunt in aliqua ecclesia pulsari ante pulsationem in ecclesia cathedrali, vel matrice; Leo X. in constitut. incip. Dum intra §. 12. ibi: "Et ut debitum honor matri ecclesie reddatur, tam ipsi fratres, quam alii clerici seculares, etiam super hoc Apostolica Sedis privilegio muniti, die sabbati majoris hebdomadæ, antequam campanæ cathedralis, vel matricis ecclesie pulsaverint, campanam in ecclesiis suis pulsare minime possunt." Contrafacientes panam centum ducatorum incurrant; Sac. Congr. Rit. in Oriolen. 11. April. 1601. in Mariccen. 1609. in Venetina 30. Decembris 1615. & 14. Novembris 1615. In Syracusana 3. Junii 1617. & alia Syracusana Modica 13. Februar. 1619. Tam in ecclesiis Regularibus, quam secularibus; ex cit. const. Leonis X. & adductis decretis. Etiam in ecclesiis S. Joannis Hierosolymitani, etiam prope & extra muros existentibus, & etiam in ecclesiis Confratrum; Sac. Rit. Congr. in Placentina 21. Augusti 1604. & Melit. 6. Decembris 1621. Etiam ad ecclesiâ collegiatâ, quæ habeat omnimodam præcedentiam supra matricem; ead. Sac. Congr. Rit. in Syracusana Modica 23. Februarii 1619. Regulares ratione hujusmodi in sabbato sancto, posse conveniri coram loci Ordinario, decrevit Sac. Congr. Conc. in Capuana 23. Aprilis 1591. nisi consuetudo in contrarium esset legitima; vel ecclesiâ multum distaret, ex Sac. Congr. Episc. & Regul. in Surenina 16. Julii 1601. & postea in Thelesina 15. Febr. 1622.

Regulares prohiberi non possunt ab Ordinariis, & 16 aliis quibuscumque personis, ne in aliis diebus, præter sabbatum sanctum, pulsant campanas in suis ecclesiis, & missas celebrent ante celebrationem missæ, & pulsationem campanæ in ecclesia cathedrali, vel matrice; S. Pius V. in constit. incip. Etsi Mendicantium §. 22. ibi: "Prohibemus insuper eisdem Ordinariis, ac aliis quibuscumque personis, ne impediunt ipsos fratres, quando eis placuerit, tam in diebus dominicis, seu festis, aut aliis totius anni temporibus campanas pulsare, & etiam tempore, quo ipsi celebraverint, missas celebrare." Immo

mo priusquam Parochi celebrent ex eodem S. Pio V. §. 8. ejusdem constitutionis incip. Etsi Mendicantium, ibi: "Nec non missæ (ait) & divina hujusmodi etiam in diebus dominicis, vel festis, etiam antequam rector parochialis ecclesie celebraverit, celebrare, & facere, quando eis videtur." Et post indultum S. Pii V. adest decretum Sac. Congr. Episcop. & Regul. 10. Octobris 1586. sic statuentis: "Ordinariis non impediunt fratres pulsare campanas ad matutinum, ad horas, & missam, antequam pulsetur campana majoris ecclesie, præterquam in die sabbati sancti." Et aliud Sac. Congr. Ritum in Oriolen. 6. April. 1601. statuente: "Quod campanæ in aliis diebus præter sabbatum sanctum pulsari possint ad salutationem Angelicam &c. indifferenter ante, vel post pulsationem in ecclesia cathedrali, vel matrice." Et aliud Sacræ Congregationis Concilii in causa Nullius Provincie Ravennat. 15. Sept. statuente: "Nequaquam prohibuit esse Regularibus missas celebrare, & campanas pulsare in suis ecclesiis ante celebrationem missæ, & pulsationem campanæ in ecclesia cathedrali." Et aliud ejusdem Sac. Congr. Concilii in Aquisani pro loco Incisæ, ubi ad 14. dubium: "An possint PP. Carmelitarum dare signum, & celebrare missam in diebus festis eodem tempore, vel antequam deus signum, & celebratur missa parochialis?" sub diebus 29. Maji & 9. Junii 1708. respondit, affirmative.

22 Campanæ non sunt pulsandæ tempore Interdicti; cap. Quod nonnullus 25. de privilegiis, cap. Permittitur 57. de sentent. excommunic. & cap. Alma Mater 24. de sent. excommunic. in 6. Ex hoc autem cap. Alma Mater, verb. In Festivitatibus, permittitur ut in festis Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes, & Assumptionis B. M. V. celebrentur divina officia solemniter cum pulsatione campanarum, ibi: "In festivitatibus vero Natalis Domini, Pasche, ac Pentecostes, & Assumptionis Virginis Gloriosæ, campanæ pulsentur, & januis apertis alia voce divina officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis; sed Interdicti admissis, quibus ob reverentiam dictarum solemnitatum, ut ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur, præfatis diebus participationem permittimus divinatorum; sic tamen, quod illi, propter quorum excessum interdictum hujusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent." Et hanc concessionem fuisse per Martinum V. Eugenium IV. & Leonem X. ampliatam ad Corpus Christi, & Virginis Conceptionis cum tota Octava, refert Volpi rest. 95. num. 6.

25 Regularæ, quibus post Concilium Tridentinum, & Gregorium XIII. cum sufficientibus derogationis specificis, & expresse est à Sede Apostolica concessum, ut quædam proprii ordinis festa solemniter rite tempore Interdicti generalis quacumque auctoritate possint, celebrent, possunt in omnibus illis festivitatibus voce alta, apertis januis, & per pulsationem campanis, divina facere, ac omnibus fidelibus sacramenta ministrare, exceptis nominatim Interdictis, & Interdicto causam præbentibus, & omnia alia liberè, & solemniter rite peragere, ac si Interdictum minime appositum esset, ut expresse (post Concilium Tridentinum & Gregorium XIII. qui in sua constit. incip. In tanta rerum, & negotiorum mole, revocaverat omnia privilegia Tridentino adversantia) concessit Ordini Minorum S. P. Francisci Clemens VIII. die 17. Octobris 1695. constit. incip. Sacra Seraphici, per quam omnem dubitatem è medio tollit his præcis verbis: "Sacra Seraphici B. Francisci Religiosis in S. Romanam Ecclesiam merito possunt, ut privilegia, & indulta illi per Sedem Apostolicam concessa, non modo conserventur, sed etiam ampliantur. Cum itaque, sicut accepimus, diversorum Romanorum Pontificum concessionibus Religiosis præfate indultum sit, ut temporibus interdicti, quacumque etiam apostolica auctoritate appositi, festa sanctorum ejusdem Ordinis, Francisci nimirum, Bonaventuræ, Antonii de Padua, Ludovici, Bernardini, Claræ, Elisabeth, ac Martyrum, solemniter rite celebrare, proinde ac si Interdictum hujusmodi minime appositum esset, liberè possint, festa verò S. Didaci, & Portiunculæ in prædicto Indulto minime comprehendantur: Nos religionem præ-

dictam amplioribus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac Indultorum hujusmodi, & Literarum Apostolicarum desuper expeditarum tenores, presentibus pro expressis habentes; supplicationibus dictæ religionis, per dilectum Filium nostrum Hieronymum Presbyterum Card. Matthæum Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, religionis prædictæ universæ, ac cuiuscumque ipsius ordinis, familie sive conventui, ut in eorum ecclesiis, festa etiam prædicti S. Didaci & Portiunculæ, temporibus Interdicti, solemniter, prout alia festa prædicta, ac juxta Indultorum illi concessorum seriem, & tenorem, celebrare liberè, & licite possint, auctoritate apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus, ac indulta prædicta ad prædictas S. Didaci, & Portiunculæ festivitates extendimus, & ampliamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus, Conciliis editis generalibus, vel specialibus, necnon omnibus illis, quæ in præfatis indultis, & literis apostolicis concessum est non obstat; ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Tusculi sub annulo Piscatoris 17. Octobris 1595. Pontificatus nostri anno quarto." Sic extat ad literam apud Rodric. collect. priviil. Bulla 4. & sic tenent plurimi cum Pignatelli. tom. 10. consult. 1.

* Campanæ benedicte non pulsantur, nisi ad usus, 26 quos recenset Glossa Extr. Quia cunctos de offic. custod. Sac. Congr. Episcop. & Regul. 31. Januar. & 18. Martii 1581. & 29. Julii 1616.

De consensu Episcopi campanæ benedicte pulsari 27 possunt ad usus profanos, ad quos non sequuntur causæ sanguinis, & præsertim si communitatis expensis constructæ fuerunt, quantumvis tale jus non sibi reservasset; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 13. Jan. 1559.

Pro pulsatione campanarum ad præfatos usus necessæ 28 se non est ordinario licentiam petere toties quoties pulsandæ sunt, sed sufficit eandem semel petere pro semper; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 8. Januarii 1592.

Episcopus prohibere non potest, ne campanas pro funeribus pulsent sine licentia ipsius Episcopi; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 2. Febr. 1601.

Servanda est pia consuetudo pulsandi campanam aliquot 30 ictibus tam de sero, quam de mane, quando dicendum est officium defunctorum; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 21. Augusti 1607.

Quoad mercedem campanæ, quæ pulsatur occasione 31 funerum, servanda est consuetudo; Sac. Congr. Episc. & Regul. in Maji 1617. & 28. Maji 1638.

Est abusus non tolerandus, quod campana aliqua pro 32 solis nobilibus pulsari reservetur, sed pulsari debet pro quibuscumque petierint; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 19. Julii 1583.*

33 Cuiam primus usus campanarum tribuendus sit, non conveniunt inter se Scriptores. Vide contrarias inter se opiniones (apud Bened. XV. Instit. eccles. 20. num. 2. & dub. 6. sequent.) Illud (ait Pontifex Optimus Maximus num. 1.) solum dici potest, tintinnabula ante seculum sextum ab ecclesia Occidentali usu recepta fuisse, quem ex vita S. Columbani Abbatis, quæ seculo sexto exarata fuit, ac postea à P. Mabillonio, in lucem edita, deprehendatur, ipsum sub median noctem pulsante campana ad templum se consulisse, ceterisque Monachos somno excitatos ad templum pariter convenisse.

De disciplina paxiter, ob quam majori hebdomada 34 campanarum pulsatio interdicitur, non una Scriptorum opinio. Vide eundem Benedictum XIV. d. Instit. eccles. num. 6. & sequent. ubi & qua norma sonitus campanarum repetatur.

Quod si in aliquo loco nec cathedralis habeatur, nec 35 matrix ecclesia, ecclesia magis digna campanas prior pulsare debet sabbato majoris hebdomadæ, idem Pontifex num. 9.

Tametsi duæ ecclesie pari inter se dignitate veteri 36 pactione statuerint, ut sabbato majoris hebdomadæ alternis vicibus prima campanas pulsaret, altera earum in collegiata erecta, ipsa, pactione abrogata, prior campanas pulsaret debet sabbato majoris hebdomadæ; mox laudatus Pontifex ibidem num. 11.